


Arbor Consanguinitatis.

*Non gignunt dextros, qui stant in parte sinistra:
Læna dat uxores, dat tibi dextram ares.*

Figura præfens arboræ licet ad septimū deberet gradū protēdi, cū vique ad eū secundū decreta sit prohibitio coniugalis supra quast. 3. cap. de affinitate, & extra de clā. de. dispōs. cap. cū in. tamen, quia per iura noua ipsa coniugalis prohibitio est in tribus potestem gradibus reuocata: vt dicitur cap. cū in. ideo vique ad quartum gradū duraxat figurā hanc duximus extendendā. Nec idipsū gradum cognitionem quoquo patē impedit. Qui enim duorum aut trium computationem agnouerit, illam etiam vique in gradū centesimū & eo amplius, si opus sit, deducere poterit. Quam aptisimè hæc imprimatur, tum consanguinitatis, tum affinitatis arbor, iudicet qui huic cause trigemæ quintæ canones & legit, & intelligit. Consanguinitas est at-



tinētia personarum ex eo proueniens, quod vna descendit ab altera, vel ambæ ab eadem. Vel est vinculum personarum ab eodem stipite descendētium carnali propagatione contraxerunt. Et dicitur à com, quod est simul, vel vnitum, & sanguine, quasi sanguinis vnitatis. Linea est collectio personarum ab eodem stipite descendētium gradus continens, & numeros distinguēs, & est triplex scilicet graduum descendētium, ascendētium, & collateralium. Gradus est habitudo distantiarum personarum, quæ cognationis vel cognationis distantia, duæ personæ inter se differunt. Et dicitur gradus ad similitudinem graduum, scilicet locorū procliuū, quia gradum de proximo in proximum.

CONSANGVINITAS PER TRES regulas declaratur.

Prima regula magistratibus pro linea recta. Ascendentium & descendētium quot sūt personæ de quibus quæritur, cōputatis intermediis, vna dempta, tot sunt gradus inter eas. Si igitur vis scire quantum distat abauus à Petruccio (Petruccium esse fingimus in cellula vbi est facies) utroque computato & intermediis, quinque sunt personæ: de me vnam, quatuor sunt gradus: & sic de aliis.

¶ Pro linea collateraliali dua sumit regula.

¶ Collateralium in linea æquali quoto gradu quis distat à communi stipite, toto distat inter se, vel sibi attinent. Exemplum pone: Cū facis abauum stipitem inter P. & proneptem propatruū, nam illi sunt in linea æquali quilibet distat à stipite quarto gradu: ergo inter se quarto. De computatione tantummodo canonica loquor.

¶ Collateralium in linea inæquali quoto gradu remotior distat à communi stipite, toto distat inter se. Exemplum pone faciendo abauum stipitem, P. & filius propatruū sunt in linea inæquali. Computemus ergo à remotiori, scilicet à P. sed P. distat à stipite quarto gradu, ergo à filio propatruū quarto. Semper intellige secundum canones.

¶ Pro arbore consanguinitatis secundū cōputationē civilem dantur tales regulae. Prima. In linea recta ascendētium & descendētium, quot sunt personæ, de quibus quærit cōputatis intermediis vna dempta, tot sūt gradus inter eas.

¶ Pro linea collateraliali.

¶ Collateralium in linea æquali quoto gradu quis distat à communi stipite, toto duplicato distat inter se, vel sibi attinent. Nam secundum leges quælibet persona gradum facit in collateralibus. Computatio enim Legistarum ob aliud sit quàm computatio Decretistarum.

¶ Collateralium in linea inæquali quot sūt personæ stipite depro, tot sūt

gradus. Si ampliōre optas enucleationē, recurre ad I. And. declarationē.

IUCA lecturam arboris diuersis olim diuersum modum tenentibus, Ioānes de Deo Hispanus post illos lecturæ ipsius arboris nouum modum assumēs, per suas metricas regulas ipsius intellectum nō sūt aperire: sed propter multitudinem regularum, & versuum obscuritatem aliquibus notum ignotū, aliis ignotum ignotius reddidit. Attendens igitur ego IOAN. AND. inter decretorum Doctores minimus & indignus, inuentionem arboris ex eo fuisse, vt habentibus materiā consanguinitatis & affinitatis ignotā, nota: & habentibus notā, ex oculorū inspectione notissima fieret: antiquorum scripta reuolui, & (prout expedire credidi) compilauit.

¶ Primò, quærens ad vtramque arborem ad quid fuerit inuentionis arboris necessaria. Secundò, an sit authentica. Tertiò, ad quid in volumine decretalium repetita, quæ olim fuerat in decretis.

¶ Primæ quæstionis ex superius dictis patet solutio. probatio enim ad multa oculorū alia vincit. *Inst. de gradi. §. agnationis. 27. q. 1. c. nec aliqua.* Ex ostensione enim facti quædam melius percipiuntur quàm elocutione. *extra de don. c. Apostolica. vers. si.* Hinc est quod agrorū mēso subiciunt oculis. *16. q. 3. c. inter. de præscript. c. quia in dante. C. si. reg. l. 3. Vētris inspectio, an mulier sit prægnās. ff. de ven. inspi. l. 1. in prin.* Locorū pudicitia inuestigatio, an mulier sit virgo. *extra de prob. c. proposuisti. an acta. de frig. & mal. c. fraternitatis, vel aliter impedita. eod. tit. c. ex litteris.* Iniuriæ an sit atrox estimatio. *ff. de fer. l. 2. Et lre Papales an sint vere, vel falsæ. de crim. fal. c. licet.*

¶ Ad secundum dic quod arbor authentica est: quod patet ex canonibus Isidori & Alexandri 35. q. 5. c. 1. 2. & vlt.

¶ Ad tertium dic quod quia in decretis de consanguinitate & affinitate tractatur, vtile fuit ibi arborem ponere, & quia in decretalibus est idē tractatus, & in hoc volumine vtile fuit repeti, ex hoc maxime, quia nemini venit